

pinio. Resp. Quod ad Patres attinet, obedi-
tio periculosa est omnibus is qui vel a li-
mine Patres salutarum. Falsum quoque est
plurimos Theologos talem docere opinionem.
Pauci dumtaxat Casuiste recentes, & quidam
Canonice expressè eam defendunt; & vix
unus eorum pro dignitate eam verisimili-
ter ad alii possit ivere. Omnes allegant Caletanum,
Navarrum, Azorium, aliosque anti-
quos. At falsissimum cum sit Theologos istos
gravissimum talem docuisse opinionem; con-
sequitur posteriores Casuistas esse veluti testes
de falso auditu, qui, quantumvis multiplicati,
nullius sint auctoritatis. Illi vero Theo-
logi qui inter antiquos recentique medi-
um sunt ætatis, quive hanc docuerunt opi-
nionem, alteram quoque propagaverunt de exem-
ptione a debito recitandi partem divini offi-
cii, quando omnes divinitus laudes celebrari
nequeunt, eo quod maior pars trahat ad se
minorem. Et ex hoc reprobat principium in-
terferent, dispensationem a carnium abstinentia,
quæ dispensationem ab unica comestura, quæ est
pars iuxta illos minus principalis ieiunii. Quæ
neque isti sunt in hac materia alicuius au-
thoritatis. Denique alii, ut Ioannes la Cruz,
simileque, non distinguunt infirmos a sanis.
Et illi pauci qui clare hanc defendunt senti-
entiam, sunt meri compilatores. Idcirco, si
auctoritatem spectemus, hæc opinio omnino
est improbabilis; si rationem, aperte falla-
cia.

XXX. Ultimo tandem D. Copellotti suam
adventuram incenat, quod Casuistas tradu-
xerit, tanquam Doctores eapases pronuntian-
di sophismata, aut sententias inæptas. In le-
ctoris solamen pauca ex Copellotti illustri-
transcribam. Pag. 124. hæc habet. "Tre cose
tra le altre mi sono piacute, e credo sa-
ranno state biasimate da ogni persona che
professi buono dettame di onestà. La pri-
ma si è quello iconvenevole sentimento di
sistema, ch' egli in più luoghi del suo di-
cumento ha manifestato contro i Professori
della morale Teologia, figurandoli ca-
paci di pronunciare sofismi, ed inezie, per
renderli in sì fatta maniera eggetti delle
altrui dictee, & Alleggiamenti. Mette al
libro delle loro opinioni, che il digiuno sia
un composto metafisico &c." Multa alia
resert Casuistarum dignitati minus congrua,
a suo adversario prolata. Postea sic concludit
pag. 124. "La morale Teologia non è un
torbido torrente di oscari sofismi: ella è
una limpidissima fonte di que' chiari senti-
menti dell' animo che ci sono di guida all'
umana felicità. I di lei Professori, solo
intenti a regolare le umane operazioni

in giusta le leggi della cristiana carità, non
attendono a spiegare le cose con meta-
fisiche speculazioni; ed io, che, tolte-
rate le cose spettanti alla loro, ed alius,
ho esaminata la presente controversia giu-
sta il principi dalli medesimi appresi, non
mi sono accollato, come veder potete,
né pur per ombra a simil sorta d' inetro-
ragionamento. Il digiuno non è un compo-
sto metafisico, egli è un ente morale, non
divisibile nelle componenti sue parti, at-
tesa la opinione e costumanza delle natio-
ni, ed ateso altresì l' antico, invariato,
e universale istituto della cattolica Romana
Chiesa." Que Romana Ecclesia trium
luminum Pontificum decretis oppositum de-
cernit; ut concedit in explicatione istorum
decretorum vel ipse Copellotti in toto hoc
suo libello. Ne ille egegrus tenor? Nec
capacitatem habent Casuista pronuntian-
di sophismata? Metaphysice speculatio non
indulget? Sed quid hæc miror? Sic scribere
debebat D. Copellotti: quia revera in
nullo Casuistarum sophismata tam prodigio-
sa, ut sunt ea que ipse in hac sua Diatri-
ba in lucem vulgavit, reperire licet. Nunc
dicit, ieiunium esse indissolubile. Avendo io
(inquit pag. 119.) a sufficienza dimostrato
il digiuno consistere in un essere indissolubile.
Hoc esse individuum est ne morale, physi-
cum, aut metaphysicum? Nunc morale
nunc physicum (& ideo individuum) ap-
pellat. Nunc (ut pag. 112. & 113.) sic
arguit. *Alguna cosa sunt individua, aliqua
divida: ego inveni D. La Croix præceptum
ieiunii est individuum. Quam, non sophis-
ticam (nisi enim crassa est) sed sibi
validam demonstrationem repetit pag. 126.
& aibi. Si omnes D. Copellotti contradi-
ctiones referre vellem, & omnia sophisma-
ta, ac potissimum ea, quibus pag. 105. &
seq. involvit propositionem damnatam ab
Innocentio XI. de recitatione horarum ca-
nonicarum; deberem integram ferè Diatri-
bam exscribere. Sed piget me tempus pro-
digere.*

XXXI. Longius fortasse quam par fue-
rat, hanc tractavimus questionem, & ali-
quantisper plus iusto acris. Sed veniam
hanc lector dabit, si serio reputaverit, his
calamitosis temporibus nihil fore tam laxum
esse, quod æquidnam suo probabilitate
non obtegatur. Et lectores, hæc anticipa-
tione præventi, dum legunt vel paucos Ca-
suistas aliquam docere opinionem, illico in-
ferant, illam esse probabilem. Et, quod
validum in errorem eos inducit, est, quod
exi-

existimant omnes Doctores, quos allegatos le-
gunt, eam docere sententiam pro qua lau-
dantur, cum tamen lapsus saltem sit. Ut
scilicet de deceptione subducamus lectores, ne-
cessitas urget illos admonere, occasione data,
quod hæc, vel illa opinio improbabili sit,
laxissima, & penitus reiicienda. Quibus
pirafiosis minime utimur, ut quidquam
illius oblegui, quo Auctores omnes colimus,
detrahamus; sed ut in veritatibus semitam,
quoad fieri per nos potest, lectores nostros
revoceamus. Veram in semitam revertamur.
Concludamus ergo. Præcepta Ecclesie, po-
sitiva cum sint, summa benignitate, non ve-
ro summa laxitate, interpretanda esse & ipse
contentio. Laborantes gravi morbo & a ie-
iunio, & a carnium prohibitione liberi sunt.
Qui tamen cibos quadragesimales nocuos sibi ex-
perientur, lacticiis, & ovis utantur, ac ie-
iunent. Si lacticiis, & ova fastidium, car-
nes comedant; sed, si valent, ieiunent. Quibus
latis est unica comestio, bina non per-
mittitur. Si virum debilitas eiusmodi est,
ut duplicem requirat refectioem, hæc con-
cedatur; sed, si tibi quadragesimales sufficiunt,
non permittantur lacticiis; & quibus suffi-
ciunt lacticiis; non concedantur carnes.
Quid benignius? Quid suavius? E contrario
quid laxius, quid perniciosius, quam tante
ecclesiasticæ indulgentiæ abusus? Quænam pro-
prium salutis æternæ mansuetior contemptio
quam neglectus æternæ remediorum quæ & a lege
præcipiuntur, & sine gravi incommodo execu-
tionem mandari possunt? Sed de his plura
latis, cum finita iam controversia sit. Duo
siquidem diplomata pontificia que supra in-
dicavi, ad ieiunandum fideles alirungunt.

XXXII. Quæst. I. Quot peccata committit
qui plusvis die ieiunii carnes comedit? Resp.
Toties peccat, quoties carnes comedit.
Quoniam præceptum prohibens carnium es-
sum, negativum est, quod toto die obligat.
Ergo in qualibet comestione infringitur.
Hæc sententia communis est. Quemadmo-
dum communis est altera, que docet, eum
qui ova, & lacticiis in ieiunio quadrage-
simali comederet, peccatum perpetrare. Quo-
nties peccaret, quoties ova comederet.
Quia præceptum illud, non secus ac alte-
rum de carnium abstinentia, negativum est,
& ab eodem distinctum. Quatenus distin-
ctum, illius violatio peccatum est, & pro-
ut negativum, multiplicationem infert pec-
catorum.

XXXIII. Quæst. II. An qui vatum emisit
non comedendi tali die carnes, aut ova, te-
netes peccet, quoties carnes comedit, vel ova?

Resp. Communior opinio docet, hunc toties
peccare, quoties carnes comedit: quia votum
illud simile est omnino præcepto negativo.
Quare, si uti illius repetita transgressio mul-
tiplicat peccata, ita & voti non comedendi
carnes, vel alios delectos cibos, violatio. Se-
cus dicendum de eo qui ieiunium vovit
tali die. Violato siquidem ieiunio per car-
num comestionem, non potest amplius illo
die ieiunium servare. Quoniam directa absti-
nentia a carnibus non vovetur; sed solum
consequenter ratione ieiunii. Peccaret igitur
in prima comestione; non in secunda, & ter-
tia. Ad ieiunandum tamen alio die obli-
ctus esset. Et hinc patet discrimen inter obli-
gatum vivoti, & obligatum vi præcepti ec-
clesiastici. Qui vi præcepti tenetur hæc die
ieiunare, si ieiunium frangat, non obstringi-
tur alio die ieiunare. Et in hoc ieiunio, ut
sicutum est, duo considerantur præcepta: quor-
um unum præcipit unicam comestionem, al-
terum abstinentiam a carnibus. Violato pri-
mo, consistit secundum, hæc duo non distin-
guunt vovens; sed ieiunium per modum unius
promittit tali die peragendum. Ideo semel
tantum peccat in prima transgressione, mini-
me in sequentiibus; sed alio die implere de-
bet votum suum.

XXXIV. Quæst. III. An in his regionibus
in quibus est penuria olei, licitum sit uti sag-
mine illis diebus quibus esus carnium vetitus
est? Resp. Quidam negant; sed communior
sententia adfirmat. Ego vero cenleo necessaria
esse Superiorum, ad quos atinet, dis-
pensationem. Neque cuiusque est decernere,
quando nec ne talis urget olei penuria, quo
sufficiat pro licito utu sagminis, seu lardi.

CAPUT V.

De abstinentia a lacticiis. Licita ne sint
in ieiunio quadragesimali, aut
extraquadragesimali?

I. IN primitiva Ecclesia in usu fuisse ab-
stinentiam a lacticiis, manifestum est:
quoniam, ut Tertullianus, alique Patres
narrant, patris Christiani xerophagitis in
quadragesimali ieiunio velcebatur, id est,
cibus aridis, & exlicatis. Hæc Concilium
Laodicenum, celebratum anno 315.
an. i. hoc edidit decretum. Non oportet in
Quadragesima gaudia servia ultima hebdoma-
de ieiunium dissolvere, & totam Quadragesimam
inhonorari; sed per totos hos dies iei-
unare, & esus abstinentibus continentibus,
idej

ideft aridioribus, uti. Quam confuetudinem, concedendi nimirum cibos aridos, & exsiccatos, nique ad Gregorium Magnum obrituiffe, contendit Christianus Lappus in notis ad can. lvi. Trullanum; vultque ad hoc Pontifice Romanam Ecclesiam indulgentiam accepisse veluti pifcium, cuiusque utendi diebus duntaxat dominicis Quadragesimæ, & in festo Annuntiationis; ceteris autem Quadragesimæ diebus xerophagis comedisse. Verum, ad pifcium utrum quod attinet, anteriorem ipsum fuisse Gregorio Magno, colligitur ex cap. Denique, ubi hæc habentur. Ceterum pifcium efus ita Christiano relinquatur, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxurie pariat incendium. Denique qui carne abstinet, nequaquam sumptuosiora marinorum belluorum convivia præparet. Porri itaque iure ab ovis, & lactiniis abstinere. Quod conceptis verbis testatur Gregorius Magnus in response data ad Augustinum Anglorum Episcopum: rationemque assignat, uti habetur I. Par. Decr. dist. iv. cap. Desistatibus a carnibus animalium abstinentiam, quæ his verbis. Per autem est ut non qui istis diebus a carnibus animalium abstinentiam, ab omnibus quoque que semenatum carnis trahunt originem ieiunemus, a lacte videat, & abstinere, sicut ab omni maculabili, sic ab ovis, & caseo, que quidam sunt fructus, & fœtus nona non ferocerrimi, si sunt quidem Clerici, deponantur, si autem laici, fœgerunt. Et quoniam eiusmodi recitatus canon non fit Concilii sexti, sed Concilii Trullani, quod Quinifextum nuncupatur, & cum sapientissimo Cano Lib. V. de loc. theol. cap. ult. concedamus, canones Trullentes ecclesiasticam non habere auctoritatem; nihilominus validi sunt prætati canon ad manifestandam consuetudinem quæ sexto labente sæculo obtinebat circa abstinentiam a lactiniis in quadragesimali ieiunio. Et profecto, nisi in Ecclesia occidentali eiusmodi abstinentie usus vigisset, Patres Trullani reprehendissent Ecclesiam Romanam; quemadmodum illi improperant can. lrv. quod in Quadragesima die labbati ieiunaret. Denique Ecclesiam Romanam sem-

per in ieiunio quadragesimali abstinnisse ab ovis, & lactiniis, testatur etiam Nicolaus I. in epistola data adversus Photium ad Michaelis Imperatorem. Siquidem, Photio calumniant Ecclesiam Latinam, quod in Quadragesima lactinia comederet, Imperatori respondit Pontifex Nicolaus. Quod septem ante Pascha hebdomadibus, a caseo, & ovorum esu more suo non cessemus, calumniam esse; cum in Italia nunquam in usu fuerit; Transmontes tamen id ex magna culpa alticubi apparere concessam. Numquam igitur, teste Nicolao summo Pontifice, usus fuit lactiniorum in Italia; licet Transalpini, quibusdam gravissimis de causis, privilegium velendi iidem lactiniis concessum fuerit.

II. Istius consuetudinis rationem assignat D. Thomas, inquiens, quod carnes, & lactinia magis nutriunt, & delectant, irritantque concupiscentiam, cuius refrigerationem ieiunium postulat. Et, postquam in corpore articuli statuit, merito Ecclesiam in ieiunio istorum ciborum usum prohibere, monentia postea explicat cur potissimum in Quadragesima hanc præcipiat abstinentiam. En illius verba 2. 2. qu. cxlvi. art. 8. ad 3. Inter alia ieiunia solemnius est quadragesimale ieiunium; tum quia observatur ad imitationem Christi; tum etiam quia per ipsum disponitur ad Redemptionis nostre mysteria devote celebranda. Et ideo in quolibet ieiunio interdicitur efus carnis; in ieiunio autem quadragesimali interdicitur universialiter etiam ova, & lactinia: circa quorum abstinentiam in aliis ieiuniis diversis consuetudines existunt apud diversos; quas quisque observare debet secundum morem eorum inter quos conversatur. Unde Hieronymus dicit de ieiuniis loquens: Unaqueque Provincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur.

III. Quæst. I. An iure communi, & sub gravi culpa lactinia prohibita sint in ieiunio ecclesiastico? Resp. Peroptime Sanctus Thomas loco laudato ecclesiasticum ieiunium partitus est in quadragesimale, & in ieiunium quod extra Quadragesimam peragitur; ut sunt ieiunia quatuor temporum, vigiliarum, & alia. Covarruvias Lib. IV. Ref. cap. xx. num. 15. contendere videtur, in omnibus ieiuniis ecclesiasticis lactinia esse interdicta. Fagundes ex adverso propagat, in nullo ecclesiastico ieiunio sub gravi culpa velita esse lactinia. Verum Catholici omnes nunc sustinent sententiam quam D. Thomas docuit, nempe lactinia in

in quadragesimali ieiunio sub gravi culpa velita esse. Quoniam al colligitur tum ex allegatis documentis, tum ex declaratione Ecclesie, que hæc damnavit propositionem, quæ ex proscriptis ab Alexandro VII. est 32. Non est evidens quod consuetudinem comedendi ova, & lactinia in Quadragesima odit. Quod vero obligatio isthæc sit sub culpa mortali, manifestum est tum ex decretis turis communis: tum ex canone Concilii Trullani, quod, licet decennio post celebratum Synodum generalem sextam habitum fuerit in palatio imperiali, Trullum nuncupato, a quibusdam orientalibus Episcopis, & idcirco non polleat auctoritate ecclesiastica in omnibus suis decretis, quorum aliqua iniuriosa sunt Romane Ecclesie; nihilominus, ad hoc quod attinet, doctrinam universalem Ecclesie exponit, quam fideles omnes susceperunt, & approbarunt, non quia in canone Concilii Trullani contenta, sed quia a Patribus antiquis tradita, tum ex communi omnium Catholicorum consensu, tum denique ex conditione materie, quæ gravis est. Consuetudines autem ecclesiasticæ in materia gravi graviter obligant. Cum ergo ex declaratione Ecclesie evidens sit hanc consuetudinem esse obligantem, evidens quoque est eam sub gravi culpa obligare. Nec est cur in probanda veritate quam omnes Doctores nunc defendunt, diutius immoremur.

IV. Quæst. II. An diebus dominicis Quadragesimæ eiusmodi lactinia sub eadem gravi culpa velita sint? Respondeo. Negant plures Calusiti; sed communissima sententia docet, eandem esse obligationem abstinentiæ a lactiniis diebus dominicis Quadragesimæ, ac ceteris quidem Quadragesimæ diebus, laudato siquidem cap. Denique absolute in Quadragesima lactinia prohibetur. At dies dominici sunt vere dies Quadragesimæ: quapropter iidem diebus a carnibus fideles absolute. Ergo, si tum carnes, tum lactinia in Quadragesima prohibentur; sicuti ab illis, ita ab istis abstinendum est diebus dominicis. Diana coordinatus tract. vi. res. lvi. num. 2. refert, contrariam sententiam, iubente tribunal supremæ, & unicuique Inquisitionis Romanæ, & sacra Inquisitione Congregatione, expromdam fuisse ex libro cuiusdam recentis Calusiti. Quare neque in hac resellenda opinione plus temporis tendendum est.

V. Quæst. III. An in ieiuniis extra Quadragesimam lactinia, & ova velita sint? Resp. D. Thomas in allegata doctrina latis clare indicat, extra quadragesimale ieiunium

lactinia communi aliquo iure haud esse prohibita: sed quisque, inquit ille, suæ patriæ consuetudinem amplecti debet. Quoniam, patet regionibus obtinere certum est a tempore immemorabili, obligat sub gravi culpa. Et sane in pluribus Italiae provinciis ubi hæc viget abstinentie consuetudo, in ieiuniis extra Quadragesimam, fideles sibi gravi culpa verterent, si lactinia, vel ova prætatis diebus comederent. In propositione damnata ab Alexandro VII. solius quadragesimalis consuetudinis mentio fit, quia sola consuetudo Quadragesimæ est universalis pro tota Ecclesia. Consuetudo autem pro alia ieiunia non est universalis, sed particularis: idcirco istius non meminit Pontifex summus; sed cuique reliquit, ut peculiarem propriæ patriæ consuetudinem obleret.

VI. Quæst. IV. An Regulares subiecti sint consuetudinibus que in pluribus regionibus obligant secularibus ad abstinentiam a lactiniis in ieiuniis extra Quadragesimam? Resp. Leander tract. v. disp. 111. quæst. vii. docet, absolute non esse subiectos, hæc ratione quod Regulares sint diversè status a secularibus; ac proinde eorum consuetudinibus non ligantur. Leander opinio plures alii accedunt. Opposita opinio communior est. At, si variorum consuetudinum genera distinguantur, pauci invicem dissidebunt. Aliæ namque sunt consuetudines universales pro tota Ecclesia, ad quas tum secularibus, tum Religiosis omnes tenentur. Aliæ sunt peculiaris Clericorum, alie secularium, alie Regularium. Hæc non obligant extra limites illius status in quo reperuntur. Aliæ tandem sunt consuetudines provinciarum, quæ, nulla sine secularium, live Religiosorum distinctione facta, indifferuntur omnes obligantur. His generalibus consuetudinibus provinciarum, quæ communiter receptæ sunt ab omnibus, tum Religiosis, tum laicis, obnoxios esse Regulares commemorant in dictis provinciis, ambigendum non est. Consuetudo autem, que in pluribus regionibus viget, abstinenti a lactiniis in ieiuniis extra Quadragesimam est universaliter recepta ab omnibus, etiam ab ipsis Regularibus. Ergo eidem consuetudini ipsi Regulares subiecti sunt. Paucis: non ideo tati consuetudini ipsi Regulares subiecti sunt, quia a populis inducta est; sed quia in eadem ipsi Regulares consentirent. Si enim sub initium restitissent, liberi forent.

VII. Quæst. V. An pauperes, agricoltæ, & iter agentes possint diebus Quadragesimæ

vesi lactiniis, & ovis iis in locis in quibus pisces, & oleum deficiunt? Resp. Pauperes duplicis generis distinguo: Alii otiosi mendicant alimentum: alii in oppidis morantur, ubi pisces habere nequeunt. Quia in genere etiam sunt agricola, & rustici in vilis domicilium habentes, ubi pisces pariter, & pecunia quibus emanant, deficiant. Omnis variis dicendi modis, in primis dicendum videtur, pauperes, otiosi mendicantes, si cibo quadragesimali careant sufficienti pro unica comestione, posse ova, & lactinia comedere; secus, si cibos eluriales habent, qui pro unica congrua comestione sufficient. Siquidem quique tenetur ieiunium observare meliori quo valet modo: nimirum qui nec ipsum observare quo ad partes illas quae implere potest. Si qui caret cibis quadragesimalibus pro unica comestione, abundat vero lactiniis, hæc comedere semel in die poterit; & hac via servare ieiunium secundum potorem, potissimumque illius partem, qua est unica comestio. Qui vero nec cibos eluriales, nec lactinia, que pro una sufficienti comestione, habent, a ieiunio exculantur. Sic docet Angelicus 2. 2. quaest. cxvii. art. 4. ad 4. *Pauperes qui possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad unam comestionem, non exculantur propter pauperitatem a ieiunio Ecclesie; a quibus tamen exculantur videtur illi qui frustatim elemosinas mendicant, qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat.* Secundo dicendum est, agricolas, rusticos, pauperesque in oppidis degentes, ubi defuit piscis, solutos minime esse in Quadragesima ab abstinencia lactiniorum ob hanc solam causam, quia piscibus caret. Quoniam, licet istius generis personæ piscibus careant, possunt alii cibis elurialibus vesci. Rusticorum siquidem, pauperumque, in oppidis, & montibus habitantium, ordinarium alimentum ex herbis conficitur, pane, leguminibus, & fructibus. Quid quod, si illis liceret manducare lactinia, & ova, quia piscibus, & oleo careant, id quovis licitum esset plebeis plurimis in civitatibus degentibus, eo quod & illi piscibus careant ob defectum pecunie, qui possint eisdem emere? Quid plura? Primi Christiani, non modo rustici, & pauperes, sed nobiles, divitesque delicati, solis xerophagiis, id est cibis aridis, & exsiccatis, in Quadragesima vesciebantur; quin a vino etiam, nedum ab oleo, abstinebant. Et, tamen illi mitior sit recens disciplina nostra; non tamen eo usque remissa est, ut quacumque ex causa viola-

ti abstinencia quadragesimalem permittat. Tertio iter agentes, si possint cibos habere qui ad unum congruum prandium, seu cenam sufficient, licet defint pisces, maxime, si iter sit unius, vel alterius diei, nequeunt lactinia comedere. Si vero & isti cibi eluriales defint, vesci lactiniis possunt, ita tamen ut ieiunent. Quia, ut sæpius dictum est, ieiunium potissimum suum est in unica comestione, cui accedit delectus ciborum. Quare, quando utraque servari nequit, relaxanda est abstinencia a lactiniis, & si necessitas urgeat, etiam a carnis, ut unica comestio observetur. De his omnibus tamen Episcopi, & locorum Parochi consulendi sunt. Hi loii possunt pro temporum, personarum, regionumque diversitate, legis rigorem plus minus relaxare. Hi autem animadvertant velim, ut in hac lege interpretanda præ oculis habeant, non recentes quidam Casuistas, qui nimium ieiuniorum legem extenuarunt, ac ferme in nihilum redegerunt; sed primorum Christianorum praxim, & Romanorum Pontificum decreta, & graviorum Theologorum sentia, ut utrumque extremum, laxitatis, & austeritatis, evitare valeant.

VIII. Quaest. VI. *An in ieiunio quadragesimali licitum sit edere farinam subactam, ovisque compactam, vulgo ciambella?* Respondeo. Pasqualis dicit, lxxv. numer. 3. affirmative respondet: eo quod quantitas ovi quæ farinæ libabæ immittitur, licet absolute leonim accepta satis esset ad gravem ieiunio violationem; attamen farinæ immixta, ut in eiusmodi compositione absorbetur, ut nullo modo spirat, seu panis ille cibus est ovis censetur. Sed hæc opinio improbabilis omnino est. Ideo communiter Theologi docent, neminem posse in ieiunio quadragesimali tali uti cibo. Ova enim absolute verita sunt. Fallum est autem quod, quando farinæ immittitur, disperdantur. Et profecto si quis eiusmodi cibum comedere in Quadragesima posset, eadem ratione vesci et liceret ieiunio, seu arctoreate, vulgo *polpetta*; quod nemo dixerit.

CAPUT VI.

De unica comestione, ad ieiunium ecclesiasticum necessaria; & de eiusdem comestionis hora, quæ fuit vespertina usque ad sacculum XII.

IEX his quæ dicta sunt, manifestum est, Ieiunium ecclesiasticum unicam admittere comestionem. Quamvis enim diffiduum aliquod sit, num hæc comestio sit potissima ieiunii pars, eisdemque essentiam constituat omnes tamen adfirmant, hanc unicam comestionem esse partem substantialem, licet minus principalem, ut quidam arbitrantur, ieiunii ecclesiastici. Cum vero dicimus, unicam comestionem necessariam esse ad ieiunium, non est sensus, quod ieiunantes ex necessitate, & vi præcepti debeant comedere die ieiunii saltem semel a quoniam, si vires suppetant, & notabile sanitatis detrimentum abfit, possunt unum, aut duos, vel plures dies abire omni cibo transigere; ut de primis Christianis dictum est. Immo ex recentioribus etiam Christianis plures Sanctos colimus, quorum alii integras hebdomadas alii integras Quadragesimas, ut, de sancta Catharina Senenli ferunt, ab omni cibo abstinuerunt. Sentus ergo est, eos qui die ieiunii comedere volunt, posse tantum semel comedere; neque de hoc difficultas est.

II. Hora istius unice comestionis primis Ecclesie legalis fuit vespertina, id est post solis occasum. Quæ hora videtur ieiunio congrua. Ieiunium enim, ut alias dictum est, incediam, seu abstinenciam ab omni cibo importat. Ille itaque proprie integrum diem ieiunare dicitur qui per totum diem nihil edere sinit. Dies autem mensura est ab ortu solis usque ad eiusdem occasum; quemadmodum contra noctis horæ numerantur ab occasu solis usque ad illius ortum die sequenti. Ceterum abstinencia ieiunii ecclesiastici nunc ieiunium ducit immediate post mediam noctem; ita ut media nox quæ proximè solis occasum consequitur, ad diem præcedentem, & altera media nox quæ solis ortum præcedit, ad diem sequentem pertineat. Ieiunium in veteri lege peragebatur unica comestione post solis occasum. Ecclesia hoc ipsum ieiunium iuxta hanc formam adoptavit, sublata superstitione Iudæorum, qui vespere stellæ ortum, antequam ieiunium solverent, expe-

ctabant. Solum autem quadragesimale ieiunium primi Christiani usque ad vespem producebant. Alia enim ieiunia, ut ferie iv. & v. stationum, vigiliarumque, prout alibi dictum est, ad nonam solvebant. Heine Tertullianus, Montanista factus, arguebat Catholicos, quod Montanistas novitatis posularent, eo quod ieiunia stationum ad vespem producerent. Inquit enim *Lib. de ieiunio cap. x. Equæ stationes nostras, ut indignus, qualdam vero & in serm. constitutas, novitatis nomine incasant.* Ieiunia vero Catholicorum fermi ieiunia appellabat, quod ad vespem producta non essent. Iteque clarum est, atate Tertulliani, nempe exante sæculo II. & ineunte III. in Ecclesia viguile disciplinam solvendi ieiunium dumtaxat post solis occasum. Hanc eandem disciplinam obtinuisse sæculo iv. testatur D. Basilus hom. 1. de ieiunio. *Vespem expectas ad sumendum cibum; sed diem in foro iudicii conspicias.*

III. Sanctus Paulinus Nolanus Episcopus, qui sæculo v. floruit, testatur suo tempore ieiunium quadragesimale ad vespem usque continuasse producti. Hæc enim scribit *epist. ad Amendum* de quodam hospite, tempore Quadragesimæ a se suscepto. *Quotidiana ieiunia non refugit, & pauperem masculum vespertinus conviva non horruit: & quæ magis mirum est, calicibus nobis contentus fuit.* Teodolphus Aurelianensis, qui claruit sub finem sæculi sexti, in suo capitulari *cap. xxxix.* utum prælatæ disciplinæ confirmat his verbis. *Concurrentium est enim ad Missam, & auditis Missarum solemnibus, & vespertinis officis, largitis elemosinis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate confectus fuerit, ut ad missam venire non valeat, assumat vespertina hora, completa oratione, ieiunium solvat.* Octavo currente Ecclesie sæculo ieiunium productum fuisse ad vespem usque colligitur ex Actis Caroli Magni, in quibus illorum Scriptores, qui fuit Manachus S. Galli, narrat Imperatorem hunc facile reprehensum ab Episcopo quodam, eo quod ieiunium quadragesimale hora solvisset octava. Sæculo nono exeunte eadem ieiunii disciplina vigit, ut deducitur ex regula quæ nuncupatur Magistri, in qua *cap. xlv.* hæc habentur. *Ieiunia Quadragesimæ protabantur in vespem, id est post lucernam.* Tempore illo vespertinæ preces celebrabantur post solis occasum lucernis accensis. Micrologus libro de observationibus ecclesiasticis *cap. xlix.* testatur sæculo undecimo, in quo claruit, eandem fuisse disciplinam quadragesimalis ieiunii. *Quadragesimaliter*, inquit, *ieiunare*

non censemus, si antevesperam vesciamur... In hoc quadragesimale ieiunium ab aliis differri dicitur, quod in aliis post nonam, in hoc autem post vesperam vescere debemus. Tandem D. Bernardus serm. v. de Quadragesima, fecit xii. in quo floruit, disciplinam in ieiunio servatam describit; atque ieiunium monachale distinguit a ieiunio ecclesiastico, quod itud post vesperam, illud hora nona solvebatur. Hactenus usque ad nonam ieiunium solum; nunc usque ad vesperam ieiunium nobiscum universi Reges, & Principes, Clerus, & populus, nobiles, & ignobiles, simul in unum dives, & pauper. Ut iam dictum est, ieiunia omnia extra Quadragesimam velipsis primis Ecclesie seculis solvebantur hora nona. At usque ad seculum xii. ieiunium quadragesimale non nisi sub vespere inclinatum iam die solvebatur.

VI. Hac quadragesimalis ieiunii disciplina, temporis decursu, relaxari cepit; & ieiunium quadragesimale, quemadmodum cetera ieiunia, non ultra horam nonam produci in consuetudinem venit. Quo prae tere tempore remissa hac fuerit disciplina solvendi ieiunium post vespem, haud est facile designare. Illud unum scimus, quod saeculo xiiii. consuetudo obtinebat solvendi ieiunium quadragesimale hora nona. Id astant duo eisdem saeculi celebres Scriptores, D. Thomas, & Alexander Alensis, rationeque promunt, cur conveniens sit hora nona ieiunium solvere. Nam D. Thomas haec scribit 2. 2. q. 147. art. 7. Ieiunium ordinatur ad deletionem, & exhibitionem culpa. Unde oportet quod aliquid addat supra communem consuetudinem; ita tamen quod per hoc non multum natura gravetur. Est autem debita, & communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam: tum quia iam videtur esse completa digestio nocturno tempore naturali calore interius revocato propter frigus noctis circumstantis, & distilio humoris per membra, cooperante ad hoc calore dieti usque ad summum solis ascensum: tum etiam quia tunc praesepae natura corporis humani indiget invari contra exteriorum aeris calorem, ne humores interius adstantur. Et ideo, ut ieiunians aliquam afflictionem sentiat pro culpa satisfactione, convenienter hora comedendi saxatur tantantibus circa horam nonam. Corporum etiam insula hora missio passionis Christi, quae conclusa fuit hora nona, quando inclinat capite tradidit spiritum. Ieiunantes enim, dum suam carnem affligunt, passioni Christi conformantur. Hoc ipsum testatur Alexander Alensis Summ. Theol. IV. P. quae. xxviii. memb.

7. art. 2. Quia afflictio in ieiunio debet esse tolerabilis, non corruptiva naturae, debet etiam esse conformis afflictioni Christi in cruce: ac ideo magis conveniens est ieiunium tempore ieiunii est hora nona. Haec, quae pro solvendo ieiunio hora nona momenta afferunt D. Thomas, & Alexander Alensis, praesunt congruentia, non rationes, quae necessitatem inferant sic faciendi. Quoniam temporis decursu ieiunium solvi coepit est hora sexta, quae usque hora meridiana. Quo praeterea tempore hac secunda comestio anticipatio contigerit, ignoramus. Tempore D. Antonini Archiepiscopi Florentini, qui florebat saeculo xv. & e vivis decessit anno 1450. adhuc vigeat consuetudo non solvendi ieiunium ante horam nonam; ut colligitur ex eius Summa II. Part. vii. cap. xv. & 10. Ad ieiunium ergo labente saeculo xv. & xvi. incante mutatio horae nonae in horam sextam facta est. Primum itaque ieiunium solvebatur sub vespere, nempe post solis occasum; deinde hora nona, quae est tertia post meridiem; & tandem hora sexta, quae est hora meridiei. Ut tamen aliquid antiquae consuetudinis vestigium superstit, hora vespertinae anticipantur: & cum olim sub solis occasum, accessis lucernis, celebrarentur, nunc circiter meridiem perfolvuntur; solumque post horas vespertinas celebrantur, quadragesimale ieiunium solvitur. Et hac ratione, quod post vespem comeditur, hac comestio, non prandium, sed coena nuncupatur.

V. Ex his vicissitudinibus quibus hora solvendi ieiunium obnoxia fuit, coepertum est, ad substantiam ieiunii parum referre tempus quo solvitur. Quomobrem sine ullo fundamento Dallaus, Picennus, alique Reformati stultitiam, Catholicos nullum servare ieiunium, eo quod neque ad vespem, neque ad nonam illud producant. Quandoquidem definitio temporis, quo ieiunium solvitur, ab Ecclesia pendet, quae pro circumstantiarum opportunitate tempus istius solutionis variare potest. Et si inimicam rationem ieiunii spectemus, atque corpus affligit, carnemque macerat qui ieiunium solvit hora sexta quam qui solvit hora nona, aut vespertina; dummodo hincam servet comestionem. Nam tantum temporis interstitium ab hora sexta huius diei ad horam sextam alterius diei, quantum interstitium ab hora vice nona, vice vespertina hodierna usque ad horam vespertinam, vel nonam sequentis diei. Non hinc tamen colligas velim, quemque posse ex arbitrio ieiunii horam ante-

antevertere. Quoniam hora solvendi ieiunium ecclesiasticum ab Ecclesia pendit voluntate. Cum itaque ecclesiastica consuetudine statuta sit hora sexta, ita meridiana pro ieiunii solutione, nemo potest privata auctoritate cuiusmodi horam anticipare; sicuti quisque potest, amota superlitione, eandem prorogare. Quandoquidem Ecclesia non imperat, sed tolerat, ut hora sexta solvatur ieiunium; quemadmodum animadvertit Bellarminus Lib. II. de bon. oper. cap. 11. ubi inquit, non desse inter Catholicos qui unquam omnino resolutione contenti, nihil omnino cibi degustent, nisi vel hora nona, vel sub vespere. Neque enim ignoranti, ieiunium tanto esse perfectius, quanto diutius refectio, five coena differatur. Siquidem privilegium, five indulgentia antecedenti tempus, in quo ieiunium solvatur, est in favorem, & levamen ieiunantium, qui peroptime possunt tali indulgentiae cedere; & iuxta antiquam Ecclesiae disciplinam ad horam nonam, aut vespertinam ieiunium producere. Quapropter concludit Bellarminus loco laudato in fine capitis: Sed quavis hac ita sint, & probabilem causam sua consuetudinis habeant, qui ieiunium solvunt hora sexta; tamen fatendum est, melius illos facere qui more veteri non ante horam nonam, & in Quadragesima non ante vespem cibum capiunt.

VI. Istius relaxatae disciplinae originem in Monachos quidam refundunt; maxime si de hora vespertina in horam nonam mutatione sit sermo. Cum enim Monachi sub mediam noctem nocturnas laudes perfolverent; incommodum non leve experiebantur dum post solis occasum cibum capiebant. Cibum enim festotinus minus ad vigiliis praecedere nocturnas illis reddebat. Hoc satis aperte indicat Cassianus coll. 11. cap. xxvi. ubi inquit: Recens esse perceptio tam vespertinis, quam nocturnis orationibus tenuem, levemque sensum non sinit reverti: ideoque commund satis, & utile hora nona refectiois tempus additum est: in quo refectio Monachis, non solum in vigiliis vigiliis levit, & vacuus, verum etiam in ipsis vespertinis sollemnitate, digestio iam cibo, invenitur aptissimus. Duo hic prodit Cassianus, & refectioem desuperant nocturnis orationibus incommodam, & indulgentiam, qua concessum, seu permillum fuit, hora nona eiusmodi refectioem sumere, Monachorum exemplum, temporis decursu, ceteris Christianis occasione fortasse fuit ut et ipsi horam solvendi ieiunium anticiparent. Nil tamen certi statui potest; nisi quod hora laudandi refectioem ad ieiunii substantiam

Conc. Theol. Tom. V.

non pertinet: dummodo sermel in die comeditur. Ad horam vero quod attinet comedendi, standum est consuetudini ab Ecclesia approbate, five toleratae: in idque potissimum fideles incutere debent, ut vel in ipsa unica refectioe temperant, & sobrietatis modum servent.

CAPUT VII.

De collatione, seu refectiuncula serotina: & an integritati ieiunii ecclesiastici respugnet.

I. HOC nomen collatio variae significationi obnoxium est. Primum apud Monachos collatio dicta fuit sacrorum librorum lectio, quae statim horis maxime post cenam, coram his fiebat. Sic autem fuit dicta, quae collocatio, vel consabulatio, inquit apud Du Fresne in Glossario Smaragdus in regula cap. xlii. quod de Scripturis divinis aliis conferentibus interrogations convenit alii congruis responsiones, & sic quae diu latuerant occultis, conferentibus patebant perspicua. Regula sancti Benedicti cap. xlii. Mox ut surrexerint a coena, sedent omnes in unum, & legat unus collationes, vel vitas Patrum, aut certe aliud quod edidit audientes. A collationibus monasticis, quibus finitis ad bibendum ibatur, serotinae refectiunculae collationum appellatione sortite sunt. Post cenam itaque una Monachi conveniebant, sacros legant codices, atque animae, & spiritalis profectus negotia tractabant. Hoc sacro per solito penso: modo vivam, modo aquam bibebant, ut coena, quam paulo antea plebant, digestionem adiuvarent, sitimque extinguerent. Ab hoc Monachorum more suam agnoscit originem refectio serotina ieiuniorum tempore, cuius nunc viget usus.

II. Si tempore quaeratur initium, quo primum istius refectiunculae usus obtinere coepit; nil certi reponi valet. Sunt qui istius repetitum illius originem, eo quod in antiquis monumentis collationis nomen non raro usurpari vident. Siquidem in capitularibus Ludovici Pii saeculo ix. editis in Addit. I. Lib. VII. cap. lxx. legitur statutum, ut ad capitulum istius tradatur, & collationem, si tempus fuerit opportunum &c. Istius quoque collationis mentio fit in Concilio Nannetensi, ex quo hunc caponem refero Ivo Carnotensis Part. VI. cap. cly. Quando Presbyteri per calendaria sermel conveniunt, post praeratum divinum mysterium, ad necessarium collationem, non quasi ad plenam refectioem, sed quasi ad

H 3

ad prandium, ibi ad tabulas reficiant, ne per talia inebriosa corvicia se invicem gravent. Si canon ille genuinus esset, dubio procul validum haberet argumentum afferendi, fuisse in hoc Concilio collationem pro refectioe acceptam. Sed canon ille corruptus est, quem sic reeditit Baccardus Lib. II. cap. clix. *Post peralium divinis mysteriis, & necessariam collationem, idest necessariam colloquium, seu conferentiam in Missa liquidem peracta, & habita colloquutione spirituali, qua inter acta in nodalia fieri consueverat, ad mentiam, ut se referent, sedebant Patres. Cui expositioni congruit quod statim in laudato canone subditur, Sic & qui ad cenam dominicam, idest collationem verbi, sub occasione conveniunt, & ex veritate, veritatis causa contingunt, reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur.* Satis aperte illic exprimitur, collationis nomine spirituale colloquium intelligendum. Quia vero in huiusmodi colloquiis, que post facta verata mysteria fieri solebant, abusus irreperat oportuna instructio convivæ; Patres laudati Concilii, ut hinc malo proficere, decreverunt, ut post Missam, & spirituales collationem, honestum, moderatumque prandium pareretur. In Regula Templariorum approbata in Synodo Trecenti, sub Honorio II. summo Pontifice celebrata, quævis divus Bernardus examinavit, videtur collatio pro refectiuncula accipi. Enimvero cap. xvi. hæc habentur. *Audito signo, ut est eius regionis consuetudo, omnes ad completas oportet accedere vos; ac prius generaliter collationem sumere perceptam. Hanc autem collationem in dispositione, & arbitrio magistri positum ut, quando videtur miserabiliter, ex vino temperato competenter recipientur. Item hoc non ad nimiam satiætem oportet fieri, sed pariter, quia a pastore etiam sapienter videmus. Hic collationem pro potu, sine aqua, live vini, accipi compertum est.* Nullus tamen fit mentio cibi.

III. Seculo XIII. inveniunt collationem pro sola potus sumptione acceptam fuisse, colligunt ex constitutionibus Ord. Præd. in quibus dist. i. cap. vi. hæc habentur. *Tempore ieiunii hora competenti, sacrificia ad collationem signum faciat; postea refectoribus cymbalum pulsat. Deinde Fratribus venientibus in refectorium legat lector... infra vero lectorem bibere poterunt, factis signo a Prælo, & dicto (Benedicite) a lectore, datque benedictione ab hebdomadario (Langitur omnium bonorum benedicti potum servum suorum) finita lectione dicat qui præst: (Adiatorum nostrum in nomine Domini) & tunc cum silentio in-*

trant Fratres in Ecclesiam. Nulla hic cibi mentio. D. Bonaventura eisdem quætionibus facili Scripserit illius collationis, tertiuscolam potus sumptionem importat, mentitæ Part. I. lpecul. discipul. cap. xxx. *Ad collationem tempore ieiunii faciendam duabus tantum, vel tribus, si magis, bibere vicibus temperantia congruit honestari. Studet sobrius quamdam temperantia legem in ipsis etiam necessariis observare.* Etiam hic alium de cibo silentium. Ut igitur ex plurim Scripserim lectione colligere mihi licuit, dicendum videtur, numquam in hac ferotina collatione quidquam cibi captum fuisse, quousque confutendo obtinuit solvendi ieiunium hora tantum nona item vero cibum sumere in collatione ceptum fuisse, cum ieiunium solvi cepit hora sexta. Et hec sensim hæc sensu mutatio hora nonæ in horam sextam facta est; sic in hac collatione a potu ad cibum paulatim transitio contigit. Prima mutatio hora vespertinae in horam nonam, pro comestione in die ieiunii designatam, ut indicatum est, a Monachis in ceteros fideles permanavit. Hæc secunda ex Summularum disputationibus originem dicitur. Facta liquidem diei artificiali partitione in quatuor partes æquales, quarum duæ antecessunt, & appellatur tertia, & sexta; & duæ consequuntur meridiem, & appellantur nona, & duodecima, & quælibet trium horarum spatium complectitur: facta; inquam, hac divisione, disputari ceptum est, num solvendum sit ieiunium hora nona completa, idest hora tertia elapsa post meridiem. Affirmabat Petrus de Palude in IV. dist. xv. quæst. 111. si ieremo fit de ieiunio quadragesimali, quod iuxta omnes ceteris ieiuniis leveius est. Alii circiter horam nonam, idest intra illud spatium trium horarum quod horam nonam constituit, solvi posse ieiunium docebant. Hora enim nona, inquebant, statim post elapsam meridiem incipit. Ut ergo ieiunium solvi ieiunium hora nona, factum ut intra spatium trium horarum post meridiem comestio sumatur. Hæ Summularum disputationes, que habentur seculo xv. magno ædæ effervescebant, occasio fuerunt ut ieiunium paulatim hora sexta solveretur. Et eodem tempore quo ieiunium solvi cepit hora sexta, collatio, seu ferotina refectiuncula, ultra potum aliquid, quamquam parum, cibi admittere consuevit.

IV. Seculo tandem sexto decimo usus communiter obtinere capiendi præter potum aliquid sibi in præfata collatione. Id clare colligitur ex constitutionibus generalibus Clericorum Regularium Theatinorum, in quibus

Part.

Part. II. cap. 111. hæc habentur: *Ieiuniorum tempore ad ferotinum convulam simul accedant, cibum sedentes sionant; spiritualis refectiõnis cibi refecturum.* Hoc eodem seculo florebat S. Carolus Borromeus, qui illius refectiuncule usum indicavit, & præter vini poculum unciam panis cum dimidia manducari permisit, ut habetur in Ecclesiæ Mediolanensis actibus pagæ 872. *Senel. tantum in die post meridiem cibum capiant. Quod si aliquid aliquid amplius opus erit, vesperi panis unciam cum dimidia, & vini poculum tantum capere liceat.* Hæctenus de origine, & progressu illius refectiuncule ferotina ieiuniorum tempore. In ipsa postea differemus, quomodo illius cibi quantitas temporis decurrit ab una, & altera uncia, ad octo uncias, vel ad quartam opipare cæne partem, gradum fecerit.

V. Hæc porro refectiunculam non adversari ecclesiæ ieiunii integritati planum est. Quoniam ieiunium non alia ratione nuncupatur ecclesiasticum, nisi quia ab Ecclesiæ auctoritate institutum, & approbatum est, & iuxta formam ab eadem Ecclesiæ præscriptam observari debet. Hanc autem formam Ecclesiæ pro tempore opportunitate variare potest, maxime si, salva ieiunii substantia, in accidentibus tantum mutatio contingat. Hinc horam solvendi ieiunium mutatam bis vidimus. Hæc facta mutatione, altera successit, nempe usum quidquam cibi capiendi vespere, ex quo comestio, qua ieiunium solvitur, nimium antepata fuit, videlicet ad horam sextam. Quæmadmodum enim Ecclesiæ præscripte delictum ciborum; ita etiam valet, cum expediens indicaverit, quidpiam rigoris in ieiunio relaxare. Quid ergo Kemnitius, Dallus, Piccinus, & ceteri Calvinistæ; ac Lutherani calumniantur Catholicos, quod ieiunium non observent, quia vespere aliquid parum licet, cibi capiunt; atque, ut illis invidiam consentiat maiorem, hæc collationem cenam compellant, effusentes Catholicos ieiuniorum tempore prædere simul, & cenare? Hæc lane calumniant univèrsa Catholicorum vox, quin & factum ipsum, propulsa. Quæ enim Catholicorum, ieiunii observatorem, cenantem simul, & prædentem inventum Reformati? At quis hominum istorum effrenam calumniandi Romanam Ecclesiam licentiam mirari satis valet? Si Ecclesiæ unice ieiunii comestio superaddit abundantiam a cambus, & lactuicis; eam vespertionis, & tyrannidis possulant. Si aliquid rigoris remittit, si picibus aliquantulum delicatioribus vespere, si vespere parum cibi sumere permittit; laxitatis arguit illum,

& tamquam antiquæ discipline prævaricatorum traducunt. Paucis igitur, live mitentibus rigidam catholica Ecclesiæ disciplinam præscribat, nunquam effugiet hæreticorum iacula, quæ in eam contorqueere non cessant. Ceterum, ut evidentius pateat eorum invidiitiam adversus Catholicos, dicant velim Calvinistæ, quis antiquorum præscriptis formam ieiunii, quam præscribit eorum Patriarcha Calvinus? In tribus ille asserit sum esse ieiunium. Illius verba illuc trancribamus ex Lib. IV. Institut. cap. xxi. §. 18. *Ieiunium aliud temporale, hoc in tribus istum est, in tempore, in cibum qualitate, in parsimonia. Tempus dico, ut ieiunii definitio, in actionibus quarum causa instituitur ieiunium: quemadmodum, exempli causa, si ob solemnem precationem quis ieiunet, ut eo imbrans accedat. Qualitas in eo sita est, ut abstinet omnes lautitia, ac plebes, vilitatibusque civis contenti parum delicatis non irrisimus. Quantitatis ratio in hoc est, ut parvus ac levis solitio vescamur, tantum ad necessitatem, non ad voluptatem. Est ne ieiunium illud Calvinianum ad amullum disciplinæ apologeticæ? Quoniam, quæso, Ecclesiæ sacro isthæc ieiunii forma obtinuit? In hoc ergo positum est Calvinianum ieiunium, ut scilicet, non ad voluptatem, Epicureorum more, comedant, neve se in crapulam ingurgient; sed tantum ad necessitatem manducent; sed targo dies ieiuniorum a ceteris diebus distinguantur, quod tempore ieiunii illicitum erit ad voluptatem velt; licebit vero alio tempore? Verbo dicam, in ea temperantia, & sobrietate situm est Calvinianum ieiunium, quam quilibet homo, qua ratione compos, nedum quia Christianus, in omni refectioe servare debet. Denique, si Calvinus autus esse commentitium excogitare ieiunium, univèrsa antiquitati inognum; non poterit Ecclesiæ catholica, salva apologeticæ ieiunii substantia, aliquam modo addere, modo asserere, pro tempore, personarumque diversitate, circumstantiam; & modo augere, modo remittere eisdem disciplinæ rigorem? Id profecto iudi Calvinistæ, & Lutherani negabunt.*

CAPUT VIII.

De ieiunii ecclesiastici transgressione ob violatam unius comestionis legem in sumptione liquidorum.

Explicatis ieiunii ecclesiastici natura, & conditionibus, nunc manifestandum restat, quid prescripto ieiunio adverteretur, & quot modis violari possit, potissimum ob legem unice comestionis non servatam. Plura autem sunt que illius unice comestionis integritati repugnant, quæ a Theologis in controversiam vocantur. Idcirco singillatim per distincta quæstia omnia tractabimus. Hoc tamen in capite, & sequenti de liquidis præcipue verba erunt.

II. Quæst. I. An qui pluries die ieiunii extra comestionem vinum bibit, frangat ieiunium? Resp. Non pauci supercilium extollunt, & frontem contrahunt ob hoc locum quod presens difficultas proponatur; petinde ac si absolute extra omnem controversiam esset, quod vini potus ieiunium non frangat. Quæ sane admiratio ex antiquæ disciplinæ ignorantiam ortum ducit. Siquidem certum est, antiquam Ecclesiæ disciplinam abstinentiam tum a carnis, tum a vino præcepisse. Id ex omnibus fere Patribus colligitur. Chrysostomus *hom. xi. ad pop. ait: Adveniente ieiunio, & si nullius quis exhortetur, & infirma crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud ieiunii lege non concessum, gustare; omnia quis mallet pari quam prohibitum tangere nutrimentum.* Idem tradit Auctor apostolicæ. *Consi. Lib. V. cap. xvii. A vino, & carnis abstinentia nos his diebus.* Cyrillus Hierosolymitanus *catech. v.* inquit: *Ieiunamus a vino, & carnis abstinentes.* Theophilus Alexandrinus *hom. lxi. ait: Nequaquam delictus Quædam vitæ vini populum sustinemus.* Hæc disciplina adhuc in pluribus Orientis regionibus obtinet. Ecclesiæ catholica disciplinam abstinentiæ a carnis retinuit, secus abstinentiam a vini potu. Nemo ergo in dubium revocet, utrum licitus nunc sit potus vini tempore ieiunii intra ipsam comestionem sumpsum. Quin extra ipsam quoque refectionem concessum esse vini usum ad sedandam sitim, communiter sentiunt Theologi omnes. Et rationem prodiit D. Thomas 2. 2. quæst. cxlviii. art. 6. ad 2. *Ieiunium Ecclesiæ non solvitur, nisi per ea que Ecclesiæ intendere intendit infirmitudo ieiunium.* Non autem intendit Ecclesiæ in-

terdicere abstinentiam (lege sumptionem) potus, qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat. Et ideo licet pluries ieiuniantibus bibere. In hunc extirpium textum mendam irrepsit, uti animadvertit Franciscus Sylvius in commentariis ad hunc articulum: ubi legendum admonet, non intendit Ecclesiæ interdiceret sumptionem potus: aut, non intendit interdiceret abstinentiam potus. Quare ridenda sane est thronica illa iactatio, qua Theologus Anonymus in epistola, italica lingua conscripta, typicque edita, datque ad D. Petrum Pallierium Presbyterum Veronensem, virum perdoctum, ovals ac triumphans duplicem, quam ex Sylvio dedimus, quasi a se inventam, offert laudati textus emendationem pag. 96. Deinde lapsus, contradictiones, paralogismos que Natalis Alexandri, ubique glorifabundus, & ubique præter omnem modum insolentis, recenserit, commentatur, libique nimis pueriliter blandit. Quæ omnia quam inepte oblitantur, suo loco palam fiet. Num in sententiam respiciamur. Ex D. Thoma igitur perpicuum est, licitam esse sumptionem potus tum intra, tum extra comestionem, ad concoctionem ciborum iuvandam, & ad sitim sedandam. Hoc vero quod sequitur, difficultatem habet.

III. Quæst. II. An potus vini, si sumatur, extra refectionem ad sedandam famem, ieiunii præceptum frangat? Respondeo. Non solum ex antiquis, sed etiam ex neotericis, plures acriter defendunt, potum vini, extra refectionem sumpsum, non ad sedandam sitim, sed ad expellendam famem, ieiunium violare. Ex antiquis quidem Richardus in *II. dist. xv. art. 2. quæst. vii.* Gabriel in *IV. dist. vii. quæst. lxi. art. 3. D. Antonius II. Part. iii. vi. cap. §. 9.* Sylvester verb. *Ieiunium num. 9.* Ioannes Medicus ead. de *ieiun. quæst. xi. vers. In his tamen, Abulenlis quæst. cxlvi. in cap. vi. Math. Rosella verb. Ieiun. num. 5. Tabiena quæst. 11. Leander tract. v. dist. v. quæst. 111. laudat etiam pro hac sententia Sylvium 2. 2. quæst. cxlvii. art. 6. & Azorium *Lib. VII. cap. x. quæst. vii. in fine.* Sed hi duo Auctores oppositum aperte insinuant, si sermo sit de simplici vino usuali, non immixto cibo. Ex neotericis vero hæc defendunt opinionem Reginaldus *Tom. I. Lib. III. cap. xiii. sec. 1. num. 153.* Thomas Hurtado in *disp. mor. de castitate num. 21.* Henricus in S. Ignatio *Lib. XI. cap. 111. mon. 38.* Natalis Alexander *Lib. IV. art. 7. res. 14.* Cardinalis*

Cot-

Corza *Tom. de ieiun. part. 111. art. 1. dub. 1. num. 17.* Diana coordinatus *Tom. IV. de cast. c. refert plures Auctores, qui hæc docent opinionem: quam (inquit Diana) sciteor esse probabilem.* Si vel per ipsum Dianam hæc sententia probabilis est, quid inferendum sit, aliorum iudicium esto. Hanc sane opinionem docet D. Thomas in *IV. dist. xv. quæst. 111. art. 4. quæst. 1. ad 1. his verbis. Dicendum, quod quamvis aliquis potus aliquo modo nutriat; tamen de se non ordinatur ad nutriendum, sed magis ad dispositionem bonam eorum qui nutriunt, ut scilicet per membra deducatur, & in stomacho non comburatur: unde sumptio potus manducatio non dicitur. Et ideo ille qui potat extra horam unice comestionis, non dicitur bis manducare; & propter hoc nec statutum Ecclesiæ frangit, nisi fraudem faciat: quia legem violat qui in fraude legis aliquid facit.* His ultimis verbis aperte docet laudatus Doctor, eum violare ieiunii legem qui potum sumit, non per modum potus, id est ad sitim extinguendam, & ad faciliorem cibi digestionem procurandam; sed ad ventris famem propulsandam. Et sane principium cui innititur, communiter a Canonistis, tum a Theologis recipitur. Porro ille dicitur in fraudem legis facere qui, salvis legis verbis, eius sententiam circumvenit: *ff. de leg. l. contra legem.* Fraudem enim sit, cum id fit quod fieri nolit, fieri autem conceptis verbis non vetuit. Plura produci solent exempla. Accipe unum, vel alterum. Si Memachus, habitum lutei Religionis retinens, illum veste clericali, & vel sacrali cooperit, in fraudem legis agit, & canonice pœnæ obnoxius est iuxta communioris sententiam. Si tutor, cui prohibuit eum rem pupilli emere, aliam substituit personam, ut pro se emat; in fraudem agit legem. Ieiunium unicam præcipit comestionem, & plures prohibet; quia pro cibi subtractionem intendit corpus affligere, carnem spiritui subicere, & concupiscentiam cohibere. Si quis ergo cibo ordinario substituat potionem vini in tanta copia, quod valeat & famem abigere, & corpus nutrire; certe in fraudem legis agit, eamque circumvenit. Ex his omnibus colligere licet, opinionem hæc, tum ob Doctorum auctoritatem, tum ob vim rationis, probabilissimam esse.

IV. Contrariam sententiam communiter sustinent neotericis, quos recensent, & sequuntur Salmantianenses *tract. xxiii. cap. 11. punct. 3. §. 2. num. 52.* his rationibus innixi, quod nimirum Ecclesiæ id solum extra refectionem prohibeat quod cibi ratio-

nem habet. Vinum autem potus naturam habet, non cibi. Nec intentio fumentis vitum ad expellendam famem variare potestibus naturam, quæ in potu, & non in cibo, sita est. Et tandem id sentire videtur communis fidelium sentis.

V. Verum adductæ rationes frudent quidem, conceptis verbis potum vini, pluries lumpsum extra refectionem, a lege non prohiberi; minime vero evincunt, fraudem legi non fieri, si quis vinum sumat, ut famem expellat, ut corpus nutriat, ut carnem impinget, verbo dicam, ut legem in omnibus que præcipit, eludat, & frustretur. Utique verum est, intentionem fumentis rerum naturam non variare. Sed licet vinum principaliter naturam habeat potus; quoties simul cum cibo sumitur; aliquando tamen rationem & naturam cibi habere potest, & respta habet, quando eundem, quem cibum, affectum producit. Producit autem læpus, ut experientia compertum est; potissimum cum vinum optimum est. Præterquamquod in christiana Morali tractanda, non ad Metaphysicæ, sed ad prudentiæ regulas revocandæ difficultates sunt.

VI. Ex adductis pro utraque opinione rationum momentis sequitur, neutram, tamquam omnino certam, defendi posse. Probabilior, & lumini naturali conformior prima videtur. Sed, contentiosa relicta disputatione; quæ pro praxi tunc sunt, exhibeo. In primis itaque omnes fatentur, eum qui vinum præter necessitatem die ieiunii sumit, potaque, non ad cibum digerendam, & non ad sitim extinguendam, sed ob solam voluntatem, peccare contra legem temperantiæ. Hinc ergo pro praxi statuo regulam, quam versificamus cetero. Ii Christiani qui ieiuniorum tempore quamlibet corporis mortificationem evitare student; qui licet concupiscentiæ stimulis urgeantur, licet libidine igne ardeant, & peccatorum sordibus polluti sint, nihil scilicet omni via student appetitionibus suis indulgere, quamdam lolummodo ieiunii specie servant. Præstant enim ad latitudinem, ferocitatem refectionem ad laxiorum opinionum excoçtatas mensuras sumunt, per totum vero vero diem, modo una, modo altera portione fauces recreant; verbo, nec minime abstinentiam, & penitentiam, quam lex ieiunii præcipit, parum perferre volunt. Ego his omnibus absolutioris beneficii differrem, donec veri christiani ieiunii observantia, ceterique remediis, moderationis tempus regulari servatis, passiones cohibent, peccatorumque emendationem affectui eniterentur.

iturque homo christianus comedat ob solam voluptatem, nullum peccatum committit? Tunc ne solam peccat, quando ob solam voluptatem comedit utique ad satietatem cum periculo intemperantiae? Sed propositio damnata potissimum est ob hanc doctrinam: *Comedere, & bibere ob solam voluptatem non est peccatum... quia licite potest appetitus naturalis &c.* Si quis postea assereret, licitam esse comesturam ultra regulas temperantiae, alius esset error iure proferendus. Ea porro comestura temperantiam violat quae fit praeter necessitatem alenda vitae. Et haec comestura *obest valetudini*. Propositio autem damnata eam summopere obi, & potus licitam supponit quae valetudini non officit. Ergo non ob id quod ob intemperantiam comesturam, sed ob id quod ob solam voluptatem comedere permittitur, damnata sunt. Peccat homo christianus, tum si ob solam voluptatem, tum si praeter limites temperantiae comedit.

VII. Quæst. III. An electuaria, extra refectionem sumpta, frangant ieiunium? Resp. Ante omnia, quid electuaria nomine intelligatur, explicandum est. Hidorus apud *Du Fresne* in Glossario, electuaria vocat, quod molle sorbeat. Ioannes de Ianna, *Electuarium*, inquit, *dicitur ab electione rerum, e quibus conficitur*. Brocardus in Descriptione terræ sanctæ apud eundem *Du Fresne*, *Habent optima consuetudine electuaria, ex quibus optima conficitur electuaria*. Electuarius alia sunt dulciosa, alia amara, alia acris iuxta varietatem rerum e quibus conficiuntur. Proposita autem quaestiuacula duplici in sensu tractari potest. In primis, an electuaria, sumpta per modum medicinae, ieiunium frangant? Deinde, an violent ieiunium, si lumantur ad extinguendam famem, vel ob delectationem? Quibus praebatis, dico primum, electuaria, sumpta per modum medicinae, nullo modo ieiunium frangere. Ita *D. Thomas 2. 2. quæst. cxviii. art. 6. ad 3. Dicendum, quod electuaria, etiamsi aliquando nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum. Unde non solvunt ieiunium, sicut nec aliarum medicinarum assumptio*. Haec opinio communissima est.

VIII. Dicendum secundo est, electuaria, siue sumantur ad extinguendam famem, siue ob solam delectationem, ieiunium frangere. Utraque pars eadem evincitur ratione. Electuaria, de quibus in presenti sermo est,

est, quos vulgo *conferve* vocantur, sunt de genere ciborum; & saepe natura nutriunt corpus. Solam ergo actualis infirmitas, quae remedium postulat, electuariorum sumptionem excusare potest debus ieiunio. Nec timor futurae agitudinis, nisi periculum proximum fiat; & imminens, satis est ad hoc, ut ea quae ad genus cibi spectant, licite ieiunio tempore lumantur. Nec electuaria rationem medicinae habere possunt respectu illius qui tanquam eadem sumit. Habent ergo rationem cibi. Ergo extra refectionem sumpta ieiunium frangunt. Solum ergo ad sublevandam stomachi, vel capitis debilitatem, vel quambilibet aliam infirmitatem electuaria sumi possunt; nullo vero modo vel ob solam delectationem, vel ad expellendam famem. Hanc opinionem defendunt, praeter antiquos, *Leander tract. v. de fastiis. xvii. Cardinalis Cozza III. de fastiis. n. dicit. 2. n. 27. Henricus a S. Ignatio Lib. XI. cap. III. Fagundes Lib. I. de 4. præcept. Eccl. cap. IV. n. 1. Diana coord. tract. VI. resol. xcv. n. 2. ubi hæc habet: Unde ex superius dictis patet, refectionem esse opinionem D. Thomæ, D. Antonii, Gabrielis, & Richardi, quos citat, & sequitur Sylvester v. Ieiunium quæst. III. num. 9. asserentium, licitum esse sumere in die ieiunii electuaria ex saccharo confecta ob solam delectationem: quia hæc vere habent rationem cibi nutritivi. Quis non miretur, Dianam severtor ad docere præ ipsis sanctis, & antiquis Doctoribus? Sed illud est maiori admitione dignum, quod Diana D. Thomæ imponit opinionem, quam concepit verbis S. Doctor refutat. Docet D. Thomas loco laudato a Diana, nempe 2. 2. quæst. cxviii. art. 6. ad 3. electuaria sumpta per modum medicinae non frangere ieiunium; secus vero, si per modum cibi, & propter delectationem, seu nutrimentum lumantur. Si enim, non per modum medicinae, sed per modum cibi capiuntur; profecto ob delectationem, & nutrimentum manducantur. En verba D. Thomæ. Ad tertium dicendum, quod electuaria... non solvunt ieiunium, sicut nec alia... nisi forte in fradem electuaria in magna quantitate assumant per modum cibi. Conter hæc D. Thomæ verba cum verbis Dianæ; & ipse sententiam dicto. Alios citatos Auctores vindicare quique eadem ratione potest.*

IX. Ex his colliges, omnia ea ligite sumi posse die ieiunii quae non ad delectationem, neque ad nutrimentum, sed ad solam aequalem infirmitatem repellendam, per mo-

dam medicinae, & iuxta mensuram indigentiae sumuntur. Heinc Concionatores eo die quo concionantur, ad vocem pro concione necessariam conservandam, iuvandamque quidem per modum medicinae capere valent. Idem dic de cantoribus; qui chorum moderantur, quive hoc munus, alioquin necessarium, exercere minime possunt, nisi vocem aliquo remedio adiuvant. Horum omnium prudentia evangelica regula fit oportet: atque pro maiori securitate, & in legis obsequium, a Superiore, dum commode fieri potest, licentia obtineatur. Colligis quoque, non adverari integritati ieiunii potionem aequam, saccharo, cedro, balsamo, quos vulgo dicitur *limonata*, condite, ad sitim extinguendam sumptam; dummodo parum horum condimentorum aqua immisceatur, ut scilicet ab illa eruditas antetur, & stomacho appetat; quamquam postea medicina fit, quae gustui etiam apta & congrua est. Sed vero in fraudem ieiunii rerum dictarum tantam quantitas immisceatur aquae, ut cibus potius quam potus ferret; tunc aliquid dubio ieiunium frangeret. Dealiis liquidis, nempe lacte, iuleulo, & similibus sermo non fit: quia hæc rationem cibi habent, & ad nutritionem, non ad sitim sedandam sumi solent; proindeque ieiunium solvunt, franguntque. Hæc omnia communia sunt apud Doctores. Ex quibus inferes saltem absolute esse illud axiomata. *Liquida non frangunt*: quoniam aliqua iuxta omnes frangunt ieiunium, aliqua non frangunt.

CAPUT IX.

Origo potus chocoletis. An ieiunium frangant. Quenam opinio improbabilis, quæve probabilis, vera, & ita dicenda sit.

I. Disputationem versandam aggredior invide plenam, eo quod divitum, & nobilium delicatis faucibus bellum ierentet, utsumque apud illos satis universallem in discrimen adducat. Quare, ne usus, five abusus, qui a medio dicitur seculo invaluit, veritati tenebras offundat; ea quae penes oremnes certa sunt, ab iis quae in controversiam vocantur, secerendam diligenter sunt, omniaque singularitatem enucleanda. Si enim quoque ad sua certa principia exigantur, ipso fore ut veritas suo in loco consistat, nulloque patiarur damnium ex pluribus sophismatis, quibus implicari solet. Et, antequam ultra provehar, primum omnium de origine illius potus, seu ubi, & quando usus eius

cius ceperit, nonnulla perstringam. In Indiis occidentalibus primum obtinuisse potione istam, communiter Auctores tellantur. Angulifus de Padilla Archiepiscopus de Hispania Lib. II. hist. Prov. Mexican. cap. lxxvii. scribit, potum istum in provincia de la Chiapa ortum duxisse; cui assentiantur ceteri Scriptores. Quo autem anno istus potus conluctu obtinuerit in hac provincia, non indicant. Id quod nobis coniectura posse, non licet, est, medio circiter saeculo post quantum decimum eius usum incedum fuisse; seu verius, hoc cunctis tempore Scriptores istius potus meminerit. Ab Indis in Hispanos migravit. Nec transitus istius tempus designatum invenio. Ex Scriptorum Hispanorum testimonio eruitur, ante annum millesimum sexcentimum Hispanos potione hanc suavitissimam non degustasse. Ludovicus Lopez, qui in vivis erat anno 1592. in suo Instructorio edito Salamantici anno 1585. cap. cxli. scribit, apud Indos hunc potum in ulu fuisse; de Hispanis vero alium est apud illum silentium. Multo serius ad Italos pervenit potus ille. Quoniam haec scribit Thomas Tamburinus Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 2. num. 9. *Cocholata Indis, Hispanisque iamdudum, Italis vero dudum coctas*. Tamburinus obiit anno 1675. Fac ipsum viginti annos ante obitum librum hunc edidisse, nempe anno 1655. Si hoc tempore scripsit ille, dudum valde praefatum potum Italici familiaris evasisse; plus minuse, simul ac usus serpere in Hispania cepit, bellum Theologos inter concipiat, aliis pro illo, aliis contra illum pugnantis.

II. His delibatis, primum omnium, quid chocolates sit, explicemus oportet. Potro chocolates est corpus solidum concretum ex materia comestibili, nempe ex cacao, cinnamomo, saccharo, & vagnula; quae omnia suapte natura cibi nutrientis rationem habent. Quare si quis sumlibet ex praefatis partibus, ex quibus componitur chocolates, magna in quantitate fuerit, ieiunii legem violaret. Ex quo consequitur, chocolatem in notabili quantitate sumptum abolere, & aquae non immixtum, ieiunium frangere. Haec extra disputationis aleam sunt posita penes omnes Auctores. Et, ne rem summi momenti, a qua praesertim controversiae resolutio pendet, gratis addimur videri, testes affero nulli exceptioni obnoxios. P. Thomas Hurtado, qui pra omnibus materiam hanc dixit tractat. x. cap. i. haec scribit num. 10. *Quarto conveniunt omnes, quod si ea materia quae aqua diluta est, man-*

*ducetur, frangit ieiunium: amittit enim suam potus. Benignissimus Casalfia Leader tract. v. disp. v. haec scribit: Adverto, quod in praesentiarum non est difficultas inter Doctores, nec questio, an videlicet sumptio chocolatis in se, hoc est in miga, pasta, o pastillalis, sit fractiva in se ieiunii: nam hoc apud omnes certum est, quod chocolates in se sumptus sit vere cibus; sicut est saccharum, & huiusmodi: unde sumptus in magna quantitate frangat sine dubio ieiunium. Nullum itaque dissidium est de chocolate separatum ab aqua sumptum, sed in hoc controversia difficultas versatur, num scilicet chocolates aqua dilutus, seu potus chocolatis ieiunium ecclesiasticum frangat, ad libitum sumptus. Nunc enim a materia parvitate, de qua infra, praescindimus. Et inquirimus de potu chocolatis, sumpto toties quoties cunque libuerit. Sed primum omnium cibi, potusque potiones promendae sunt. Cibus est substantia crassa masticatione, aut sorbitione, aut aliqua linguae & palati compressione indigens, ut deglutatur, potus nutritive, & ad nutriendum ordinata. Hanc definitionem tradit vel ipse Hurtadus, eamque colligit ex Berchor. Lib. III. Reduct. Moral. cap. xv. Clemente Alexandrino Lib. II. Pedag. cap. i. Iidorio Lib. XX. cap. 11. In hac cibi definitione ea etiam comprehenduntur quae forbilis sunt: idque patet ex II. Reg. cap. xiii. *Thamar tollens farinam commisit, & liquesfaciens in oculis eius coxit fortituncias...* Tuli ergo Thamar sorbitivaculas, quas seclerat, & intulit ad Amor fratrum suum in conclave. Cum robustisset ei cibum &c. Nemo itaque in disputationem vocat, quod liquida, & forbilis plura cibi naturam habeant. Potum definiunt fide substantia liquida, quae sine sorbitione, aut lingua, & palati compressione, sine morbis interruptis, sed continuis haustus deglutitur, non ad nutriendum ordinata, sed ad sitim temperandam, & ad alimentum cognoscendum, & distribuendum. Triplex distinguitur potus, naturalis, artificialis, medicinalis. Potus naturalis, cuius finem dedit, a natura datus est. Artificialis, hominis arte fit in eandem finem, & ad eodem effectus inducendos quos potus naturalis producit; immo saepius ars intendit non modo producere comoda, sed etiam impedire nocumenta potus naturalis; ut dum aut vino, aut aquae quidquam aromatum admiscet. Potus medicinalis eo tendit, ut morbos pellat.*

III. Illud autem summo opere animadvertendum

tendum occurrit, potum artificialem fieri utique humano artificio; minime tamen ad hominis voluntate ita pendere, ut id potus evadat quod effectum potus parere nequit. Itaque, ut aliqua substantia, vi artis liquidata effecta, recipiat ab hominum institutio potus denominationem, necesse est qualiatem eius principalem, & pravaentem, sitim refingere, cibique digerere, & distribuere; quamquam simul virtutem nutriendi, & alendi corpus habeat. Quapropter hominum institutio nequit tribuere denominationem potus, atque in denotans potabiles constituere substantiam, quantumlibet liquidam, quae recensitos naturalis potus effectus principaliter non producat. Doctrina hac certa est, & manifesta, quam nemo in contentione adducit; sed etiam adversarii contra quos scripturi sumus, illam approbant. Iuvat excribere verba Hurtadi, principis patroni potionis chocolatae. Haec autem habet tract. de par. chochol. cap. vi. num. 55. *Quare, si substantia talis sit, quod sitim extinguere ex sua natura non possit, homines non possunt illam potum per artem constituere; sed semper cibus manebit. Ut homines potus artificiales conficiant, debet esse quae potus effectus, & vim sedandi sitim, & vim sedandi suam habere, ut homines institutione sua illam vim eligant quae magis relictur: & hominum institutio non dat rationem potus alieni substantia liquida. Tunc autem dicitur liquida substantia sitim extinguere, quando homines, urgente siti, eam bibunt sine morbis interruptis; vel instructa mentia in grandis, & in corna potu habent. Haec omnia certa sunt, & adversariorum iudicio confirmata. Quibus politis ad controversiam decisionem accedo.*

IV. Dico, potum chocolatis ieiunii ecclesiastici legem violare. Ut initio lectoris animum aliquantulum excitem, atque commoveam, auctoritatem in medium adducere constitui viri ex una parte doctissimi, ex altera parte a nimii rigoris suspitione omnino alieni. Is est Vincentius Gravina, qui in sua de repetendis fontibus doctrinarum oratione circa medium haec scribit. "Ad quem animus foris penitentia comparatur, quae lubrahendis rebus, ac sensibus atterendis vitam trahebat ad consuetudinem mortis: ut, quo pleribus viventes abstinemus, eo morientur minus amittamus, minus contristemur: cum vivendo totidem gradus mortis fuerint peraverimus, quot sensus nobis extinximus rerum humanarum. Unde, quod voluimus extremum est vita, id penitentibus ex-

tremum est mortis, & vitae immortalis exordium.

Habeant igitur suae comae doctrine blandis nostrates magistri, qui, ut ait Ennius, sui questus causa & hae suscitum sententias, quique abstinenciae defectuende teacunas implicant animos rebus caducis; & negligentia pecunialium operum in vita, difficultates omnes coartant ad tempus mortis, ut, cum hominem tandiu proderint cupiditatis, cogant eum contra dominos, & diuturnos suos possessores dimicare, postquam inter vespere omnes longaevam vitam, & proxima corporis agrotatione consumserit. Facessant a Christianorum scholis fallaces illae distinctiunculae liquidorum, & solidorum, quibus ieiunium, resingendum cum cupiditatum reaedum potentissimum, insulterant, quibusque, ut D. Hieronymi verbis utar, abstinente women quaevisere delictis, ut audent, o frontem hominum! praeter horas cibo statuas permittere ieiunantibus Indices potiones, non modo contra ieiunii naturam, & legem tristicia, nutriendas, ac sensus oblectantes; verum etiam contra commune has hominum veteris cupides incedentes.

Ultra a nobis abigamus fraudulentas illas honoris exaurationes cum iuria, in quibus interpretes, privatam inventa, in tione inter Christianos inducentes, penitentiae legem penitus evelerunt. Exponit etiam, & pontificia vocis imperium aliquando vereatur, opinio eorumdem illa quae cum carnis ulu reliquam abstinencia obligationem exolvebat. "Sed evidenti ratione idipsum evinco. Chocolates ex rebus quae corpus nutriunt, componitur, atque sic concretus, inaque in specie consistens, cibus est substantialis: inaque natura multum roborans, & nutriendus corpus. Hanc propositionem, ut testantur Leader, & Hurtadus, concedunt omnes. Et sane si omnes quos ego legi, id affirmant. Quod si negarent, diuturna, & manifesta experientia reclamaret. Non est ergo de prima propositione ambigendum. Atqui quae suapte natura cibi nutrientis rationem habent, sive liquata; sive solida fumantur, ieiunium violant. Quae propositio, quo iure negari possit, sane non teneo. Quid enim referat quod ea quae vere comestibilia sunt, fumantur vel liquefacta, vel solida? Quandoquidem in hoc solum comestibilia liquata a solidis distinguuntur, quod illa minori labore, & incommodo deglutantur; quin ad faciliorem digestionem, & meliorem nutri-

ionem congrua sint. Quot absurda monstrosa non consequerentur, si que in sua specie, seu genere accepta, vive habent cibi nutrientis rationem, dicantur ieiunia tum non solvere, cum liquata per modum potus fumantur? Nonne, hoc admisso, conquireretur, pinguem caponem in insulsum stillatum potari posse die ieiunii? Potus quoque lactis sumi posset; quin potiori iure quam potio chocolatis: lac enim sæpe ad sitim extinguendam forbetur, secus chocolates. Atque hinc validius assertio nostra firmatur. Quamquam chocolates aqua diluatur, non ob id potus naturam induit. Siquidem potus sapite natura insitutus est ad sitim extinguendam, ad corporis alterationem, cibariamque digestionem iuvandam. Potus quoque natura sua spectat, ut cibum in ventriculum invehat, ut alimentum, sanguinemque per corpus distribuat, ut cibum reficiat, & ut refectus facilius coquat. Nisi enim potus modum caloris in stomacho temperaret, cibi adurerentur, & forent ad digestionem minus apti. Quæ omnia, non solum cum D. Thomæ Theologi, sed & medici fatentur. Annon igitur chocolates sumitur ad sitim extinguendam? Ad huc officio potus frigidus communiter inservit. An ad ciborum alterationem, facilioremque digestionem? Nonne chocolates sumitur valde mane, quando nec sitis fauces cruciat, nec cibum stomachum gravat? Quid plura? Si quis siti laborat, nonne prius quam ad satiætam bibit, ut fauces, & viscera humedat, ac refrigeret; deinde potionem chocolatis suavitè sorbillat, ut stomachum roboret, ut vires instaurat, ut corpus aliat? Ne multa: ut totum illud tempus quod meridiem, in quo prandendum, sive cenandum (ut nomina saltem retineamus) est, præcedit, abique ieiunii incommodo, & molestia transigere possit. Ex quibus omnibus sic instauratio argumentationem. Chocolates, absolute acceptus, ad genus pertinet ciborum nutrientium corpus, ut omnes fatentur. Quæ autem sapite natura in genere ciborum nutrientium constituta sunt, quamvis aqua diluantur, naturam cibi nutrientis non amittunt; ut concors est Theologorum opinio. Ergo chocolates, etiam aqua liquidus, rationem cibi retinet nutrientis. Frangit ergo ieiunium. Quid quod etiam si dici posset, aliquos cibos aqua liquidus in naturam potus transire; id tamen de chocolate nemo iure asserere audebit? Quoniam, si chocolates, aqua dilutus, veri potus rationem haberet; eisdem effectus pareret quos potus aque,

vel vini producit, & ad eisdem usus adhiberetur. Porro quis est, ut indicavimus, qui unum vel alterum vasculum chocolatis summat ad sitim extinguendam, ad aridas fauces refocillandas, ad calida viscera refrigeranda? Quid reponis? Chocolates habet rationem potus. Cur ergo inter prandendum, vel cenandum aliquando saltem non adhibetur? Quid garris? Quomodo potus naturam habere potest chocolates, si neque ad sitim retinendam, neque ut refecionem faciliorem reddas, neque ut alimentum digerat, illum forbes: quoniam vix unquam tempore ad hos effectus producidos apto illum sumis? Enimvero, si statim peracto prandio aliquando illum biberes ad fovendum calorem, digestionemque iuvandam, nemo dixerit te ieiunium frangere: quia potionem cum prandio coniunges. Frangis vero dubio procul, dum per diem, vel summo mane illum sumis; cum digestio iam perfecta est, & stomachus omnino vacuus reperitur, cum nulla siti laboras, nulloque indiges potus pro his visibus ad quos producidos potus est institutus. Evidens ergo est, chocolates, quamvis aqua liquidum, rationem potus minime habere. Ergo, siue dentibus abique aquæ beneficio chocolates molatur, siue aqua liquidus potetur, ieiunii legem infringit; quemadmodum certe ieiunium violat panis extra comestionem sumptus, siue dentibus conteratur, siue comminutus, & aque immixtus forbeatur.

V. Si quod sentio, proferre libere licet, nullum sophisma adeo parvum excogitari potest, quam si dicatur, panem & chocolate ieiunium frangere, in sua specie, si manducetur; secus autem, si aqua diluatur. Et tamen omnes fatentur, tum panem, tum chocolateam frangere ieiunium, si in eorum natura comedantur. Secus vero, aliqui dicunt, si aqua liquefacta forbeatur. Dicat velim, quid substantia chocolates perdidit, si aqua immixtus? Non modo nihil perdidit; sed saporem redolentis viorem, sed palatum magis trillat, dulcius fauces demulcet, & stomachum magis roborat, famemque validius expellit. Quæ omnia manifesta experientia comperita sunt. Atque, ut hi effectus securus habeantur, regulæ, quæ ars liquandi chocolateam, illumque cum aqua componendi præscribit, admittunt servantur. In primis aqua quantitas respondere debet quantitati chocolatis. Deinde ligneo instrumento ad genus calefacta mixtura taliter agitur, ut pars in spumam condensata, altera pars liquida,

sed

sed spissa remaneat. Hinc ne potus aptus ad extinguendam sitim? Non modo ergo chocolates aqua dilutus substantiæ nihil amittit; sed tum aqua, tum chocolates simul mixta, quemadmodum alia epulæ ex pluribus constituta, & magis substantialia, quæ virtus unita fortior, & magis palato lapida evadunt, atque veluti in tertiam substantiam transeunt. Aqua per se partum nutrit. At immixta substantiis nutrientibus partem constituit, quod fovendum omnes suas partes revera nutrit, collatione repellit. Quid quod Theologi in comestione serotina panem in sua natura manducari concedunt; comminutum vero, & in aqua coctum, quem papparium vocant, non adeo facile aliqui permittunt, quod sic compositus magis nutritus efficitur? Quia (inquit Laymanus Lib. IV. tract. viii. cap. 1. num. 9.) negari non potest, quæ ipsi concedunt plurimum inter materiam substantiam, ut alium ex ea cibum faciat nutritioni magis inservientem. Si ergo adversarij concedunt, chocolateam in sua natura sumptam frangere ieiunium; potiori iure fateri coguntur, chocolateam aquæ immixtam, & ad regulas artis iactatam, legem violare ieiunii. Hæc adeo vera sunt, ut vel negare debeant, Christianum qui ieiunii tempore frusta chocolates ad satiætam manducat, ieiunium frangere; vel affirmare, si illud negare non audent, ieiunium gravius violare illum qui chocolateam aquæ immixtam & coctam, atque adeo magis substantialem, & nutrientem, sorbillat.

IV. Hæc, quam explicuimus, ratio adeo valida, & manifesta est, ut solis cavillis eludi, non autem aliqua probabilis responsione infirmari valeat. Quapropter sententiam nostram non modo antiqui, sed & recentes Theologi communiter defendunt. Non est quod antiquorum Doctorum censuram texam; cum planum sit illos hanc positionem velut ieiunio insensam damnasse. Sed his omnibus exceptio datur, quod ad vetulæ severioris disciplina præscriptum locuti fuerint. Omitto vel ipsum D. Thomam, qui tum 2. 2. quæst. cxlvii. art. 6. ad 3. tum in dist. xv. quæst. lxi. art. 4. quæstionum, 1. ad 1. conceptis verbis docet, vel ipsa medicinalis electuaria fieri haud posse ad extinguendam famem; sed solum ratione infirmitatis actualis repellendæ. Idem docent D. Antoninus, Sylvester, Ioannes Medina. His ergo omnibus missis, recentes in medium assero, & quidem vel ipsos benigniores Casuistas, qui in hæc controversia gravius accedunt Theologis. Azorius

Tom. I. Lib. VII. cap. x. quæst. vii. Ioannes a sancto Thoma in explic. Doctr. christ. de 4. præcep. Ecclæs. Sanchez in consil. tract. v. num. 15. Franciscus Sylvius 2. 2. quæst. cxlvii. art. 6. Villalobos in Sum. 1. P. tract. xxviii. difficut. 8. num. 15. Diana coordinatus Tom. v. tract. vi. vñq. op. Trullenchus Lib. III. Decal. cap. 11. dub. 2. num. 15. Caltropalus Tom. VII. tract. 2. dist. 11. punct. 2. §. 2. num. 4. Antonius de Leone quæst. de chocolate part. 111. num. 20. Solerzanus in Polit. Indiar. Lib. II. cap. 5. Pinellus quæst. de chocol. Apud eundem Franciscus Corneo, quem sapientissimum, & magistrorum magistrum vocant Huradus, Paqualigus tract. de ieiunio decis. 121. num. 2. Leander de Murcia quæst. xv. in cap. 111. Reg. D. Franc. Letana verb. ieiun. & in Tom. Consil. consil. 48. Turrianus in Sum. 1. Par. cap. cxlv. dub. 24. concl. 4. & 7. Corella in Pract. Consil. tract. 111. cap. 111. num. 30. Henricus 2. S. Ignatio Lib. XI. cap. 111. Natalis ab Alexandro Lib. VI. reg. 15. Elebarius tract. 1. exam. 13. cap. 111. Laymanus Lib. IV. cap. 1. Wigandus tract. v. exam. 4. num. 97. Ioannes Pontas Tom. II. verb. ieiun. cap. 14. Fagundes de 4. præcep. Ecclæs. Lib. I. cap. 15. num. 14. P. Carolus Billuart Tom. V. dist. 11. ar. 5. §. 5. Leander a SS. Sacramento tract. v. dist. v. quæst. v. ubi tamen medium sententiam invehere nititur. Adferit enim, quod si potio chocolatica parum habeat admixtum sacchari, amygdalarum, maiiz, aliamque ingredientium rerum, non frangat ieiunium; si vero talis potio multum habeat admixtum chocolatis, ita ut in quantitate multum excedat aquam, qui admiscetur, tunc in natura sua remansens frangit ieiunium, quæ remanet simpliciter in ratione cibi. Ratio, inquit, huius responsionis est, quia mixtum seu compositum ex duobus semper a predominantibus tale dicitur, seu denominatur; ut constat in mixto ex aqua & vino composito, ipsum namque semper remanet in ratione vini, quoadquale superetur ab aqua: quia tunc ratione aquæ predominantis aqua potus erit, & denominabitur. Sic ergo in proposito. Mixtum ex materia chocolatis & aqua & potest esse, ac denominari cibum, & potest esse, ac denominari potus: cibum quidem, si excedat in materia comestibilis; potus vero, si excedat in materia potabilis, hoc est in aqua. Si excedat in illo materia comestibilis; natura sua, & ex se frangat ieiunium, quoties sumatur in magna quantitate. Si vero contra in illo mixto sit maior ma-

materia potabilis, seu quantitas aquæ; *tunc non frangit ieiunium; quamvis sumatur in magna quantitate, & quoties liberetur: quia ex se est potus, cum remaneat in esse tali.* Hactenus Leander, qui adhaeret Geribaldus *tract. viii. cap. 111. dub. 5.*

VII. Leandri sententia evidenter falsa est, & iuxta ipsum Leandrum, & iuxta rationem. Primum Leander absolute concedit, rum loco laudato, tum §. 1. eiusdem questionis, potionem chocolaticam ieiunium frangere. Deinde subdit, ieiunium non frangere, si chocolates superetur ab aqua, cum miscetur. At communiter in potione chocolatis aqua excedit chocolatem sine ulla medicatione. Delicati liquident potiores, qui potionem hanc consuevit peroptimam; duas uncias chocolatis immiscet sex uncias aquæ: ex qua mixtionem impletur unum cyathus, seu unum vasculum, quod forberi solet. Istius rei periculum ipse feci: aquam scilicet ponderavi, & chocolatem, que misceri solent ab istius rei peritis in coctione chocolatis. Ergo vel Leander admittere debet id quod negat, nempe chocolatis potionem communiter sumptam non violare ieiunium; vel, si admittit violare ieiunium, revocare debet suam mediam sententiam, cum ipsa nihil distet ab altera quam improbat. Ratio porro quam ipse promittit, est contra sensum communem, & manifestam experientiam. Inquit enim ille, quod, quando in mixto aqua excedit materiam comestibilem, mixtum est, & denominatur aqua. Hac ratione potenta, cibis rusticis familiaris, debet referri iuxta Leandrum esse, & denominari aqua: quoniam in hoc mixto culibet farine libra respondent circiter tres librae aquæ. Pulmentum est oryza, adeo commune omnibus mensis, aqua per Leandrum non parari deberet: quia culibet uncia oryzae pliquam sex uncias aquæ respondent. Alia mixta recentere omitto, ne in re apertissima tempus prodigam. Sententia ergo Leandri, absolute accepta, falsa est, & falsissimo innititur principio. Insuper laxissima est, eo quod asserat, ex illo mixto in quo aqua excedit, posse sumi & in magna quantitate, & quoties liberetur. Hinc enim sequitur quælibet posse sumere die ieiunii mediam, quam integram, libram chocolatis; dummodo tribus vel quatuor libris aquæ commisceatur. Exemplum quod adducit de aqua rosacea, permixta aquæ naturali, ineptum omnino est quod ad rem qua de agimus. An postea unica uncia chocolatis, insula magno aquæ vasi, ieiunium violet, infra ubi de parvitate materie sermo erit, dicam.

VIII. Hanc nostram sententiam defendunt præter supra laudatos plures alii, quos silentio prætereo. Unum, vel alterum tantum recensere. Patres Salmanticenses *tract. xxiii. cap. 11. punct. 3. num. 60.* Quid præterea Pater Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap. v. §. 2. num. 9.* & *tract. ubi inter Allocations* quas promittit, ait: „Chocolata fini „Ecclesie ieiunium præcipit omnino addi „verlat: quia finis Ecclesie est prohibere „extra unicam refectionem cibos ex se nu- „tritivos, solumque concedere veram potio- „nem distributioni alimentorum fervientem; „at chocolata componitur ex cibus multum „substantiabus, & nutritivis, nec per se „ordinatis ad vehendum, sicut præcedendumque per venas alimentum: nam propterea mane, & sero, ieiuno ventriculo, sumi con- „suevit. „Libuit referre ipsius Tamburini verba, que magna auctoritate esse debent: quoniam Auctores sunt in summam benignitatem propensi. La-Croix *Lib. III. part. 11. cap. 111. num. 1291.* proponit questionem hanc, & utriusque partis recenset Auctores; ac de more nihil de suo addens, lectori electionem relinquit. Sic tamen utramque partem proponit, ut opinionem faventem potioni, alteri præferre videatur. Quantum utilitatis hocce scribendi genus asserat, aliorum estio iudicium.

X. Pater sunt Auctores qui contrariam opinionem absolute, & nulla limitatione adiecit, defendunt. Nam plures ad materiam parvitate confugunt. Aliqui tamen absolute docent, chocolatem nullo modo sumenti integritati adversari; et cumque fuerint toties, & quoties sibi liberit, ieiunium minime frangere. Ut ingenue fatear; quamquam in morum controversiis difficilis sum in ferendis iudiciis; attamen temperare mihi haud possum quin hanc opinionem, tamquam omnino falsam, & scandali plenam, rejiciam; quoniam tum extrinsecus Theologorum auctoritate, tum intrinsecus ratione destituta est. Et ut ab auctoritate aucupemur, nullus Auctor vere gravis pro ea asserit. Nullum certe mihi legere licuit. In medium producent Thomam Hurradum, qui *Part. II. tract. x.* & in appendice ad illum *num. 69.* refert quosdam Patres Soc. Iesu Universitatis Salmanticensis pro opinione defendente potionem chocolatis: quos tamen Auctores nihil scriptis hac de re consignasse perhibetur. Duo tandem Cardinales, nempe Brancatius, qui unam dissertationem contexit de potu chocolatis, & Cozza, defendunt potionem cho-

chocolatis (varis tamen limitationibus adiecit) non violare ieiunium. Primus in *laud. differt. de potu chocol.* Secundus in *Tom. de ieiunio part. 111. art. 1. dub. 9. num. 109.* ubi omnes rationes Brancatii, & aliorum, & quas ipse excogitavit potuit, promittit in medium. Omnes ego sincere mihi obiciam, eaque resolvam, ut heinc evidenter colligat lector, quam verum sit id quod scribit Lezana Auctor, ut ex pluribus eius operibus colligitur, sane pius & doctus, & in Patrum lectione veritatus. Hic autem *Tom. de consil. consil. xviii. num. 88.* ait: *Sententia, que affirmat potionem illam ex Indis Hispanicam adveclam, vulgo chocolatem, non frangere ieiunium (intellige, quando in aliquo qualiter notabili quantitate sumitur) non videtur mihi probabilis, sed potius falsa. Quod quidem, falsa pace meorum Hispanicorum quos valde venero, dictum sit.*

CAPUT X.

Contrarie sententia momenta omnia in examen adducuntur, & penitus confutantur: ac vera sententia evidenter constituitur.

I. **B**revi calamo vere, communisque sententia rationes expolui, ut fulvus con-
futare possem paradoxa, & sophismata, que contra eandem opponi ab adversariis solent. Cum adversa opinio falsa sit, & communi sensui repugnans, ut sub aliquo probabilitate velamine appareat, multo eget pigmentis, sive sine malis, atque, ut se tueatur, cavillandi arte, & dicitur, quidem utari necesse est. Quare, si prolixior fuero quam res suapte natura expolcat, non mihi video vertatur, sed adversariis, qui causam facilem, peripicquam nimium impeditam, & implexam effecerit. Antequam vero argumentis Cardinalis Cozza, & Thomæ Hurradum profero, non abs re censui excubire opinionem, quam ex laudato Brancatio docet *P. Viva quest. vi. art. 1. num. 8.* his verbis: „Verum, præcisa auctoritate extrinseca, ar-
„dedit mihi opinio Eminentissimi Brancatii
„cum Eicob, quod scilicet, si ea utamur eo
„modo quo in Mexico est potus usualis (ita
„videlicet ut septem, vel octo uncias aquæ
„addatur una uncia chocolata, & media
„sachari) ieiunium non frangat; secus
„vero, si magna quantitas chocolata in-
„termiscatur aquæ ita ut indicat ratio
„nem pulmenti, ut diximus de sorberia.
„Ratio non est, quia uncia est materia
„parva: nam sic non potes illam pluries
„Conc. Theol. Tom. V.

„sumere sine mortali, nec semel sine veniali; sed quia in tanta quantitate est
„potus usualis apud alias nationes, & sic
„utilibet tamquam potus usualis sumi
„potest.

„Neque dicas primo, quod, quamvis
„talis potus sit usualis apud Indos, non est
„apud nostrates usualis. Nam, si alibi est
„potus usualis, iam natura sua habet sumi
„ad vehiculum cibi, & ad sedandum sitim.
„Quod autem natura sua est tale, utilibet
„est tale. Et hac de causa apud nostrates
„cervisia non frangit ieiunium, quamvis
„non fit hic usualis.
„Neque dicas secundo, quod vere nu-
„triat: nam idem dici posset de vino, &
„cervisia; quo tamen ieiunium non fran-
„gunt.

II. Expediens visum fuit propriis Aucto-
ris verbis illius sententiam transcribere. Quod
in eadem primam omnium admirandum oc-
currit, est, ipsam Theologiam suam, pro
tyronibus Europæ edicam, ad Mexicanorum
mores, tamquam ad regulam potus lu-
mendi in Christianorum ieiuniis, revocare.
Chocolates ergo potus usualis est apud Me-
xicanos. Ergo etiam apud Christianos. Cur?
Quia id quod alicubi est potus usualis, iam
natura sua evadit talis. Pape! Si alicubi su-
meretur lac, aut iusculum cum potu usuali;
iam illud natura sua fiet talis apud omnes
Christianos? Sed cur chocolates Mexicanis
est potus usualis? Quia componitur ex septem
vel octo uncias aquæ, & uncia chocola-
tis cum dimidia sachari. Chocolatem igitur
hoc modo mixtum sumere potest Christianus
die ieiunii quoties sibi placet? Quoniam cum
ideo illam sumere potest, quod uncia cum
dimidia sit parva materia; sed quia in
tanta quantitate est potus usualis apud Me-
xicanos. Quapropter iuxta hanc doctrinam
P. Viva poterit Christianus die ieiunii ex-
tra prandium sumere decem, vel quinde-
cim, vel viginti uncias chocolatis; dum-
modo quæque uncia cum dimidia, septem,
aut octo aquæ uncias immisceatur. Alterum,
quod mirari subit in hac scribendi ratio-
ne, est, *P. Viva* cum aliis recentioribus
in id maxime incumbere, ut casus resolu-
tæ practicos, & prætentibus circumstantiis
accommodatos. Porro in hac questione nec
verbum facit de chocolata Italico, Hispanico
&c. Ait solum, chocolatem, more Me-
xicanorum mixtum, posse sumi pluries in
dient tempore ieiunii. Quid, si mixtus esset
more Europæorum? Silentio hoc præterit.
Ceterum discrimen inter chocolatem Mexi-
ca-